

245
proprie in deo est in ibi personarum distinctio. que sufficit ad rationes talis numeri
qualis ponit in deo. Ad terciam rursus negando personam. Et ratio est. quia substantia
non ponit in distinctio personae secundum quod signat essentiam. sed secundum quod signat suppositum
quod patet ex hoc quod addit in distinctio ad significandum aut substantiam sic dicta ha
bent greci nomen hypostas. unde sicut nos dicimus tres personas. ita ipsi dicunt tres
hypostas. nos autem non convenimus dicere tres substantias ne intelligerent tres
essentie propter nominis equivocationem. Ad quartam rursus negando personam
Et ratio est. quia proprietates absolute in divinis. ut bonitas et sapientia non oppo
nunt ad invicem. unde nec realiter distinguuntur. quibus ergo eis conveniat subsistere
tamen non sunt plures res subsistentes. quod est esse plures personas. proprietates autem absolute
in rebus creatis non subsistunt licet realiter distinguantur. ut albedo et dulcedo. sed pro
prietates relative in deo et subsistunt et realiter ab invicem distinguuntur. unde pluralitas
rationum proprietatum sufficit ad pluralitatem personarum in divinis

Ad secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod
naturalis ratio cognosci possit pluralitas personarum in divinis. Primum sic. Dicit
enim Aristoteles in principio celi et mundi. Per hunc numerum scilicet trinarum ad
bunus nos ipsos magnificare deum unum eminentem proprietatibus eorum que creata
sunt ergo videtur quod Aristoteles in cognitione trinitatis venit. Secundo sic. Dicit
Augustinus .vij. prelatio. se legisse in libris platonis. non quidem his verbis sed
idem omnino multis et multiplicibus persuadere rationibus. quod in principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus erat verbum. et huiusmodi que ibi sequuntur. In
quibus verbis distinctio personarum traditur. ergo videtur quod philosophi naturali ratione cognos
cerunt trinitatem personarum divinarum. Tercio sic. dicit glossa. Romanorum .i. magi phar
raonis defecerunt in tercio signo. id est in noticia tercie persone. scilicet spiritus sancti. et sic
ad minus duas personas cognoverunt. Quarto sic. Dicit. Terminus. Ad
nas gignit matrem. et in se suum reflectit ardorem. pro quod videtur generatio filii et
spiritus sancti processio intima. et cognitio divinarum personarum potest per rationes natura
lem haberi. Quinto sic. Philosophi potuerunt devenire in cognitione eorum
que in creaturis relucunt. sed in anima impressa est similitudo trinitatis personarum
ergo videtur quod per potentias animi quas philosophi multum consideraverunt potuerunt in co
gnitionem trinitatis devenire. In oppositum est illud ad Hebr. .xj. fides est
substantia rerum sperandarum. argumentum non apparentium. sed deum esse trinum
et unum est articulus fidei. ergo est non apparens ratio. Item dicit Hilarius libro
de trinitate. Non potest homo sua intelligentia generationis secretum persequi.
Item Ambrosius dicit. Impossibile est generationis scire secretum. mens deficit
vox silet. sed per originem generationis et processions distinguit trinitas in divi
nis. sed homo per rationem naturalem non potest venire in noticia trinitatis. Rursus
dicendum quod impossibile est per rationem naturalem ad cognitionem trinitatis divi
narum personarum pervenire. Probat ista conclusio. Naturalis ratio non cognoscit causam
nisi ex creaturis. creature autem non ducunt in dei cognitionem sicut effectus in
causam. hoc igitur solum in ratione naturali de deo cognosci potest. quod propter eum necesse
est scire quod est omnium entium principium. virtus autem creativa est dei et cons